

bent candorē suū quo præcellunt. Iam tamen alexandrinæ præferuntur. postea mirū dictū admisceat creta quæ trāsīt ī corpus: colorēq; & teneritatē affert. Inuenit hæc iter puteolos & neapolim ī colle leucogeo appellato. Extatq; Diui augusti decretū quo āno ad uicena milia neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo coloniā deducēs capuā. Adiecitq; cām afferēdi: quoniā negassent cāpani alicā cōfici sine eo metallo posse. In eodem reperitur & sulphur. Emicātq; fontes oraxi oculorum claritati: & uulnerū medicinæ dētiūq; firmitati. Alica adulterina sit maxie e zea quæ in africa degerat. Latiores eius spicæ nigrioresq; & breui stipula. pisunt cum harena: & sic quoq; difficulter cōterunt utriculos: sitq; dimidia modii mēsurā. posteaq; gypsi pars quarta ispargit: atq; ut cohæserit fatinatio cribro subcernūt. Quæ in eo remansit exceptitia appellatur: & grandissima est. Rursus quæ transit: arctiore cernitur: & secundaria uocatur. Item cribrata: quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo: & tantū harenas transmittente. Alia rō ubiq; adulterādi. Ex tritico candidissima atq; grandissima eligūt grana: & semicocta in olis: postea arefaciunt sole ad initiū: rursusq; leuiter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius q̄ ex tritico sit granum quāuis id alicæ uitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtu a confert.

De leguminibus.

Cap. xii.

Q Equitur natura leguminū: iter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus sit ēt panis. Lomentū appellat farina ea: aggrauaturq; pōdus illa & oī legumine. iā uero & pabulo uenalis. Fabæ multiplex usus: oīum quadrupedū generi præcipue hoī. Frumēto etiā misceat apud plerasq; gētes: & maxie panico solida: ac delicatius fracta. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis diis ī sacra est: præualens pulmentarij cibo & hebetare sensus existimata: in somnia quoq; facere. Ob hoc pythagorica sentētia dānata. Vel ut alii tradidere: quoniam mortuorum animæ sunt in ea. Qua de causa parentando utiq; assumitur. Varro & ob hæc flaminem ea non uesci tradit: quoniā & in flore eius litteræ lugubres repiātur. in eadem peculiaris religio. Nāq; fabam utiq; e frugibus referre mos est auspicii cā: quæ ideo referina appellatur. Et auctonibus eam adhiberi lucrosū putant. Sola certa frugum etiā exesa repletur crescente luna: Aqua marina alia ue falsa nō percoquitur. Seritur ante uergiliarum occasum leguminum prima: ut antecedit hyemē. Virgilius per uer eam seri iubet circū padanæ italiæ ritu. Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis: q̄ trimestrem fructum eius. Nāq; filiquæ caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime concupiscit: cum uero defloruit exiguas desiderat. Solum in quo sata est lætificat stercoreis uice. ideo circa macedoniam thessaliāq; cum flore inceptu uertunt arua. Nascitur & sua sponte pleriq; in locis: sicut septentrionalis oceanī insulis quas ob id nostri fabarias appellant. item ī mauntania siluestris passim: sed p̄dura & quæ percoqui nō possit. Nascitur & ī ægypto spinoso caule. Qua de cā crocodilli aculeos timentes refugiunt. Longitudo scapo quattuor cubitorum est. Amplissima crassitudo. Octona genicula habet: moli calamo. Simile capud papaueris: colore roseo. in eo fabæ non supra tricenas. Folia ampla. Fructus ipse amarus & odore: sed radix per quā lauta incolarum cibus cruda: & omnino decocta. Harundinum radicibus similis. Nascitur & in syria ciliciaq; & in thorone chalcidis lacu. Ex leguminibus autem nouēbri seruntur lens: & in græcia pisa. Lens: amat solum tenue magis q̄ pingue: cælum utiq; siccum. Duo genera eius in ægypto: alterum rotundius nigriusq; alterum sua figura. Vnde uario usu translātū est in lenticulas nomen inuenio apud auctores æquanimitatem fieri uescentibus ea pisum in apricis seri debet: frigorū impatientissimum. ideo in italia & in austriore cælo nō nisi uerno tempore terra facili ac soluta. Ciceris natura est gigni cū falsilagine: ideo solum urit. Nec nisi madefactum pridie seri debet. Differentiæ plures magnitudine: figura: colore: sapore. Est enim arietino capiti simile: uide ita appellatur. Album nigrūq; est & columbinum: quod alii uenerium uocant: candidum: rotundum: leue. arietino minus: quod religio per uigiliis adhibet. Est & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habens ueluti pisum. Dulcissimum autem id quod eruo simillimū: firmissq; q̄ nigrum & ruffum q̄ quod album. Siliquæ rotundæ ciceri: ceterisq; leguminū longæ: & ad figuram seminis latæ. pīso cylindricæ. Fasiolorum cum ipsis māduntur granis. Serere eos qua uelis terra licet ab idibus octobris in Calen. nouebris. Legumina cū maturefcere ceperint rapienda sunt: quoniam cito exiliunt: latentq; cum decidere sicut & lupinum.

Referina

Oculis digiti uec

De rapis & naps amiterinis.

Cap. xiii.

Q Vāq; prius dixisse cōueniat de rapis: ī transcursu eas attingere nostri. paulo diligentius græci & ipsi tamē inter hortensia. Si iustus ordo fiat a frumento protinus aut certe faba dicendis. Quādo alii præstātor usus ab iis nō est: ante oīa nāq; cūctis aialibus nascūtur: nec ī nouissimis. Satiāt ruris alitū quoq; genera: magisq; si decoquātur aq̄. Quadrupedes & frōde earū gaudēt. Et hoī nō minore rapaciorū suis horis gratia q̄ cimaram. Flaccidorū quoq; & in horreis enecatorū uel maiore q̄ uicentiū. ipsa uero durāt & in sua terra seruata. Et post a passo pene ad alitum prouētū famēq; sentiri prohibēt. A nino atq; messe tertius hic trās padanis fructus. Terram non morose eligit: pene ubi nihil aliud seri possit. Nebulis & pruinis ac frigore ultro alūtur amplitudine mirabili. Vidit. xl. libras excedētia. In cibus qdē nostris pluribus modis cōmendātur: durātq; ad alia sinapis acrimo